



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

6. De beneficio vocationis ad fidem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

periculis, miserijs, peccatis te præferuando, tot extraordinarijs charismatis præueniendo, vti in præsens vsq; momentum expertus es & experiris.

Quam peculiari igitur modo teneris te gratum tantæ eius liberalitati exhibere, redamare tantam eius bonitatem, recompensare zelo gloriæ eius promouendæ tantam charitatem? Affectus ijdem renouandi quoad futurum tempus, cum propositis practi-
cis.

*De beneficio vocationis ad veram
fidem.*

VI.

I. **D**Eus, qui omnia, quæcunq; vult, facit in cælo, & in terra, te, prætor millenis myriadibus hominum ante & post aduentum Christi ob defectum luminis, veræ fidei æternum pereuntium, statuit ab æterno ad orthodoxam fidem perducere, sanctæq; Ecclesiæ suæ filijs aggregare, ex paterno gratuita dilectionis affectu, & speciali meritorum Saluatoris nostri intuitu, in hunc finem, vt viuum mystici corporis Ecclesiæ membrum efficereris in terris, olimque gloriosum
Y s eius-

eiusdem corporis Ecclesie triumphantis in caelis.

Quam specialis illa Dei tui erga te, talem, tam tepidum, ingratum, benignitas, & quidem ab aeterno! quam specialem vicissim à te merito exigit gratitudinis, amoris, zeli vitam tam nobilis corporis membro dignam instituendi affectum, & quidem continuum, ac deinceps saltem, quoad pia desideria aeternum! His consideratis possunt praedicti affectus exerceri in praesenti.

II. Ideo idem Deus pro benignitate sua plusquam paterna providit, ut praetam multis alijs, quibus haec gratia non contigit, tali loco inter Christianos, tali tempore, quo fides vera per mundum propagata, talibus parentibus orthodoxis nascereris, ac deinceps talibus fidei magistris imbuendus committereris, ut non solum per lauacrum regenerationis in sanguine Christi dealbareris, sed ad clariorem etiam mysteriorum fidei, & rerum aeternam salutem, moresque Christiano homine dignos concernentiam cognitionem suaviter perducereris: idque ex eadem gratuita dilectione in eundem suam.

Qua-

O qualis illa gratia eiusdem Deitui
 sic de tenebris te vocantis in admirabile lu- *De Leo*
 men suum ! His expensis ijdem affe- *Ser. 1. de*
 ctus reperendi quoad tempus præteri- *natiuitatis.*
 tum, seu contritio de nostro torpore
 in his eliciendis excitanda.

III. Nec hoc contentus idem aman-
 tissimus Pater te insuper firmum ac
 stabilem in fide suscepta hucusque
 confirmauit, ab erroribus vniuersis,
 & grauioribus contra fidem tentatio-
 nibus præseruauit, gratiamque habi-
 tum fidei augendi, vitamque profes-
 sioni tam sanctæ fidei congruentem
 instituendi copiosam suppeditauit, ex
 eodem gratuito affectu; in finem tam
 sublimem, vt inter sanctiora Ecclesiæ
 membra in via, & gloriosiora in patria
 censi mereris.

Agnosce, o Christiane, dignita-
 tem tuam, & diuinæ consors factus na-
 turæ, per regenerationem in Christo *De Leo*
 gratiam sanctificantem tibi gratis infusam, *Ser. 1. de*
 noli in veterem vilitatem degeneri *natiuitatis.*
 conuersatione redire. Affectus ijdem
 quoad tempus futurum exercendi;
 seu formanda desideria ac propoſita
 eos opere ipso exhibendi.